actore· Vel ut puto melius ita diffinietur· Ar-
bitrium eſt cauſa in dicendo voluntarie poſita
cum certarum pſonarum interpoſitōe actoris rei
et arbitri· Et dicitur quandoq; receptuz· qñq;
opromiſſuz· Et ex diffinitōe arbitrij liquet cui-
libet quis ſit arbiter· ¶ Arbiter tamen dicitur
quādoq; quilibet vir bonus ſup aliquo extimā-
do electus·ut·ff·ꝓ ſocio·ſi ſocietatem·quādoq;
ponitur ꝓ iudice delegato uel quaſi delegato·
Quandoq; ꝓ iudice ordinario·qñq; ꝓ diſpenſa
tore rei ſue·ut·ff· q̄ ſatis da·co·l·arbitro·et·ſ·
de iudic·l·antepnſ·et de poſtul·l·quiſquis·et·ſ·
mand·l·in re· Arbiter autez poteſt eſſe homo
liber paterfa· Item filiuſfa· etiam de re pris·
ſuā et iudex in re patris eſſe poteſt·ut dicemus
ſ·de iudic·§·inter iudicē·id eſt in cauſa ciuili nō
in criminali· In ciuili eñ diſtingue· Sit delega-
tus· An ordinarius· Si delegatus eſt p̄t a prin-
cipio cauſaz diſcutere et finire· ſi ordinarius nō
poteſt diſcutere cauſam et finire· Sed fieri po-
teſt apud eum oteſtatō litis ut actio perpetue-
tur· Sed et in caſu vltra litis oteſtatōnem pce
dit filius·quia forte nullum incomodū pater ſu
ſtinet ut cum ex trebelliano iure magiſtratus
filius opellit patrem adire et reſtituere· ut·ff·
de iudic·l·in priuatis·et de iur·om·iud·qui iuriſ-
dictōne·et de offi·p̄ſid·l·ſenatus cōſulto·et ad
trebell·l·ille·§·ulē·et·l·nanq;·et·ff·e·l·ſ; et fi-
lius·et·l·quin etiam· ¶ Itez poteſt eſſe arbiter
ingenuus et libertinus integre fame homo et
infamis qd in iudice non eſt ita·ut·ſ·de dignit·
·l·neq;·et·ſ·e·l·parui· Seruus autem nō p̄t eſſe
arbiter ſiue ipſe ſolus ſiue cū libero recipiat ar-
bitrium uel arbitratum· niſi dictum eſſet ut al-
ter vtrius valeret ſñia· Tunc enim ſolus liber
poſſet ꝓnūciare· Alioquin otra· viciabitur vti
le p inutile·ut·ff·e·l·parui·et·l·ſ; et ſi ita·et de
verbo·ſig·l·illa verba·plane ſi cōpromittatur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ſeruum· et liber ſententiam dixerit· ſi quidez
liber factus receperit ɔpromiſſum ɔſentientibꝫ
partibꝫ valebit ſñia· ff· e· l· ſ ſi in ſeruū· ¶ Itez
non pt eſſe arbiter furioſus· aut ſurdus· aut mu
tus· uel minor· xx· annis· Maior aūt· xx· annis pt
eſſe licet in integrū reſtitui poſſit· ſi doceat ſua
interfuiſſe nō recepiſſe tale arbitrium· quia in-
terfuit eius litibus non vexari· ut· e· l· ſ ſi in ſer
uum· §· i· et· l· cum le· ¶ Item femina nō poteſt
eſſe arbiter· ut· ꝯ· e· l· ult· ¶ Itē non pt eſſe arbi-
ter ille q eiꝰ rei de qua iudex eſt ordinarius reci
pit ɔpromiſſuꝫ· uel partibꝫ ſponte ſub eo litigā
tibus· uel ipō eas ɔpellente ut in ſe ɔpromittāt
ut· ff· e· ſ ſi in ſeruum· §· ſi quis liber· Nec eſt cō
trarium quod legitur in autent· ut differentes
iudices· §· ſi vero ɔtigerit· quia p amicabilē cō-
poſitōnem poteſt diſſoluere que dubia ſunt in-
ter eos· nec dicitur arbitrium· ut· ff· e· l· i· §· ſi de
meis· §· recepiſſe· ſed magis ꝓprie arbitratus·
¶ Poteſt autem eſſe arbiter in omni re niſi ꝓ-
hibeatur a lege· porro ꝓhibetur in cauſa cri-
minali publica uel priuata· Vel in cauſa ciuili li
cet ſit de crimine famoſo valet ɔpromiſſum non
tñ infamat arbitri ſñia· ¶ Item in cauſa libe-
rali pt eſſe arbiter· quia fauor libertatis eſt ut
maiores iudices debeat habere et eadem ſunt·
ſiue de ingenuitate et ſeruitute· ſiue de liberti-
nitate et ingenuitate ſit queſtio· Idemqꝫ eſt et
ſi queſtio eſt de libertate cōpetitura· ut ſi ex fi-
dei ɔpromiſſo dicatur debita· ¶ Item in popu
lari actōne non poteſt eſſe arbiter ne occaſione
pene pcermittatur faciendū· quod publice fie-
ri expediret· ut· ff· e· l· non diſtinguemus· §· iuli-
anus· et· §· de liberali· et de his qui no· infa· l· qđ
ergo· §· ex ɔpromiſſo· Forte nec in cauſa reſti-
tutōnis poterit eſſe arbiter· quia certis tantū
ɔmittitur iudicibus· ut· ſ· vbi et apud quem· l·
vlti· niſi forte ſꝫ uel ſupiores cauſe incidēter co
gnoſcātur ab arbitro· ut ꝯ· de ordi· iudi· l· i· et ꝯ·
de iudic· l· quotiēs· ¶ Sub arbitro aūt litigare
pñt omnes generaliter qui et in iudicio poſſint
eſſe actores et rei· Seruus igitur nō poterit cō
promittere ſ filiuſfa· poterit· ut· ff· de peculio·
licet· §· ſi ſeruus cum ſe ꝓ libero· et· §· ſ ſi filius·
et· ꝯ· de iudic· l· ſeruus· et· ff· e· nō diſtinguemus·
· §· ſi ſuus· Quid de minoribꝫ· xxv· annis et vtiqꝫ
ſine tutore pupillus ɔpromittēs· obligatur· na-
turaliter tñ non ciuiliter· fideiuſſor tamē eius
efficaciſſime tenetur et exigitur· ut· ff· e· l· ſi pu
pillus· ſed in iudicio nullo modo· etiā dato fide
iuſſore poſſet pupillus conſiſtere ſine tutoris au
ctoritate· ut· ſ· ſi aduerſus rem iudi· l· vlt· Si au
tem fuerit adultus curatorē habens idez in eo
quod in pupillo dictū eſt· Si non habeat cura-
torem· ſecus eſt· ut· ſ· de in integ· reſtit· mi· l· ſi
curatorem· Secus vero eſt in iudicio ut dictum
eſt· ¶ Habetur etiam mixta ɔſideratio rei et p
ſone quia nō pt eſſe quis arbiter in re ſua· ut· ff·
· e· l· pnl· Sed forte ut vir bonus eligetur ut ſa-
tiſfiat de iniuria ſibi illata· ſ et mixta ɔſideratō
eſt in cauſa quā quis recipit· ut arbiter cū in ea
ſit iudex ut dictū eſt· ¶ Conſtituitur autē arbi-
trium partibus ad inuicem ſtipulantibus penā
ſi arbitri nō pareant ſñie· Quod ſi arbiter uel a-
lius penam fuerit ſtipulatus viſum eſt· P· nō te-
nere ɔpromiſſum· Poteſt tñ dici ɔtrarium vbi
arbiter ſtipulatus eſt· Nam ipē arbiter uel pe-
nam exactam pſtare uel actōes ꝓ pena neceſſe
habebit cedere quaſi et inter partes et cum ar
bitrio id videatur tacite actum· Ideoqꝫ ꝓ cau-
to expreſſo eſt habendū· ut· ff· de pſcript· ver·
· l· ſi gratuita· §· ult· ¶ Item ſi non penam· ſed
intereſſe ſibi preſtari ſtipulentur ad inuicē par
tes· uel etiam ſtipulentur ſñie ſtari: valet arbi-
trium et cogitur arbiter ꝓnūciare· licet· P· di-
xerit valere ɔpromiſſum· ſed nō cogendū arbi-
trum ꝓnunciare qđ falſuꝫ ē· ut· ff· e· l· diē· §· ul·
Si autem pena fuerit ab vno ɔpromiſſa et non
ab altero· videtur qꝫ non teneat ɔpromiſſuꝫ· qꝛ
vnum tenet alterū nō aſtringit et ſic claudicat
ut· ff· e· l· ſi cum diem· §· pnl· quanqꝫ poſſet dici
arbitrium teneri· ſi ponas actorē a reo ſtipula-
tum penam· ſ non reum ab actore· Habet enim
actor auxilium pene ſi ꝓ eo feratur ſñia· Reus
vero remedium exceptōnis veluti pacti· ſi abſol
uatur· Sed id verum eſſe non puta· nec enī ſuffi
cit habere exceptōnem· ut arbiter cogatur ꝓ-
nunciare· ut· ff· e· l· ſi de meis· licet dño meo vi-
deretur hoc poſſe ꝓnunciare· ſed nō cogi alias
ɔſtituitur· ¶ Item tenet arbitriuꝫ vbi vterqꝫ
ꝓmiſit pure penam· id eſt non ſub alia ɔditōne
niſi hac· niſi arbitri pareatur ſñie· Si autē vnus
ſub hac forma· alius ſub hac et alia ꝓmiſerit
penam· pendente alia ɔditōne· non cogitur ar-
biter ꝓnunciare· nec valet ſñia· Pretor tamē ſi
poteſt diem ɔpromiſſi ꝓferre· faciat eam ꝓfer
ri· ut· ff· e· l· litigatores· §· idem iulianus· et· l· quo
caſu· ¶ Itē qꝫ dixit in pena obtinet· et ſi res de-
poſite ſunt apud arbitruꝫ a litigatoribꝫ· ut da-
ret ei qui vicerit· Vel ſi vnus litigatorꝫ rem de
poſuit· Alter aūt ꝓmiſit penam plene vallatuꝫ
eſt arbitrium· ¶ Item ſi ɔtrouerſiam habeant
de domo· ſed inuicem ſint debitores cuiuſcunqꝫ
rei que non eſt in ɔtrouerſia et paciſcātur ad in
uicem de debito non petendo ſi arbitri nō pare
ant ſñie ſup domo ferēde nudo pacto· fiet hoc
ɔpromiſſum· ut· ff· e· l· litigatores· §· qꝫ ait· Nec
obſtat quod legitur· ff· e· l· ij· quia non in re de
qua lis erat habet exceptōnem ſed in alia· ſed
in re de qua lis erat habet exceptōnem ſi nō fu
erit ſtipulatus penā· ⁊ arbitrium fuerit expſſuꝫ
vel emologatum alias ɔfirmatū· vel ſilentio· x·
dierum· ut· ꝯ· e· l· pnl· Forte idem et ſi ſit ſtipula
tus penam ſ eſt adiectum rato manere pacto·
Si ergo vallatū ſit ɔpromiſſum aliquo de predi
ctis modis pt dici plenum· ut· ff· e· l· ſi de meis·
Et quandoqꝫ dicitur plenū quod factum eſt de
ɔtrouerſiis omnibꝫ· ut· ff· e· ſi cum· §· plenū· Nūꝫ
dicitur plenum quod habet doli mentōeꝫ· quia
ſi ſtipulantur ad inuicem partes nihil doli fieri
in arbitrio· puta non corrūpi arbitrium· uel te-
ſtes· uel aduocatoſ· ut· ff· e· l· ita demū· ¶ Itē cō
ſtituitur arbitriuꝫ ut arbiter ꝓnunciet quod ſi
bi videtur· nō ut ꝓnunciet quod placuerit ticio

diſceptatori· Nam nec teſtamentuꝫ valet ſi di=
cat quis heres vis eſto de rebus meis ꝑ ut illi
placuerit· ut· ff· e· l· item· §· pomponius· et de he
red· inſti· l· illa· Hinc eſt qꝺ et ſi ɔpromittant p
tes ut arbiter dicat certam ſnīam ſcꝫ ɔdemna=
toriam tantum· uel abſolutoriam tantum· non
valet arbitrium· ut· ff· e· l· qualem· Secus puto
ſi ɔpromittant uel ferat ſnīam ſcd̄m leges tm̄·
vel ſcd̄m canones tantuꝫ· uel mores tantū· Hec
em̄ obſeruanda ſunt ab arbitro quia ſcd̄m ſin=
gula ṗdictoꝝ veritateꝫ inueſtigare et iuri de
ſeruire poterit· Si autem ɔpromiſerint partes
ut ſtent arbitrio ticij aut ſeij valet ɔpromiſſum
Sed is cogendus eſt in quē litigatores ɔſenti=
unt· ut· ff· e· l· item· §· pomponius· ſubaudio ſi et
ille recipiat ɔpromiſſuꝫ aliter em̄ nō tenetur ut
· ff· e· l· iij· §· i· ¶ Item valet ɔpromiſſum ſi fiat
in vnuꝫ· Item ſi fiat in tres· inuenitur em̄ pars
maior cuius arbitrio pareri pt· ſed et vſitatuꝫ
eſt in duos ɔpromitti· licet ſi diſſentiāt non in=
uenitur pars maior vnde ɔpromiſſum ſine exitu
videtur futurū p naturalem facilitatem homi
num ad diſſentiendū· adhibet tm̄ lex tale reme
dium ut vbi diſſentiant duo arbitri cogat eos
pretor terciam eligere pſonam certaꝫ cuius au
ctoritati pareatur· Si autem a principio ſic fuit
ɔpromiſſum in duos· ut ſi diſſentirent terciū aſ=
ſumant· Si quidem tercius fuerit ſpecificatus a
ɔpromittentibꝫ valet ɔpromiſſuꝫ· Alioquin cō
tra· niſi ei ſubueniatur p ṗdictam medicinā pre
toris· ut· ff· e· l· iteꝫ· §· ſi in duos· et· §· principali=
ter· ¶ Item ſit ɔpromiſſum ut arbiter ꝓnun=
ciet vſqꝫ ad certum diem· et ſi apparuerit impe
dimentum poſſit dies ꝓferri· Hoc tamen acto
non ꝓferretur dies vtroqꝫ litigatoꝝ ɔtradicē
te· ut· ff· e· l· arbiter ita· altero autem ɔtradicē
te· et altero ſibi cōſentiente nō ꝓferret diē ar=
biter· quia is qui ɔtradicit non cōſenſit a princi
pio ut fieret ꝓrogatio· ſed ut fieri poſſet· vn=
de modo oportet eum cōſentire· Alioquin inci
dit in penam ut dictū eſt· vtroqꝫ autem litiga=
torum volenti diē ꝓferri non ꝓferetur dies niſi
arbitro ex iuſta cauſa videatur ꝓferēda· et iu=
beat eum ꝓferri· Si auteꝫ non eſt actum de die
ꝓferenda impune iubenti nō paretur· ut· ff· e·
labeo· i· ſꝯ· et· l· non diſtinguemus· §· dies· et· §·
vlti· Et poteſt hic ſubici regula· ut vbicūqꝫ fit
ꝓrogatio fiat cum eiſdem ɔditōnibus et ſecuri
tatibus que in primo ɔpromiſſo expoſite fuerūt
Vnde et ſi p fideiuſſoreꝫ in primo ɔpromiſſo fu=
erit cautum· ſequens ꝓferendum eſt· vel ſi ideꝫ
fideiuſſores fideiubere noluerūt· alij non abſimi
miles adhibendi ſunt· ut· ff· e· ſi arbiter· §· ſꝫ au=
tem· et· §· vlti· Improprie autem vocat lex pri=
mum ɔpromiſſum cum vnum tm̄ ſit· ſꝫ ꝓrogatū
ut· ff· e· l· ſi cum in fi· i· ſꝯ· et de ṗcario· l· ſꝫ ſi ma
nente· Vel dicuntur duo ɔpromiſſa quantuꝫ ad
fideiuſſores iterum acceptos· Primi em̄ fideiuſ=
ſores ita ſe obligauerāt ut tenerentur ſi infra
illum diem ꝓnunciaretur· qꝺ factum nō eſt vn̄
videtur finitum ɔpromiſſum quantū ad eos nō
quantū ad partes uel quantum ad arbitrium·
ſic et alias dicitur finitū matrimoniū non quan
tum ad maritum et vxorem ſed quantum ad ſo
cerum· ut· ff· de dona· inter vi· et vxo· l· cum hꝫ·
· §· ſi ſocer nurui· ¶ Item fit ɔpromiſſuꝫ ut arbi
ter certo loco cognoſcat et ꝓnūciet· qꝛ ſi de lo
co nihil appereat actuꝫ· is videtur in eſſe locus
vbi ɔpromiſſum eſt· ut tm̄ et circa vrbem adeſſe
partes arbiter poſſit iubere ita tm̄ ſi arbiter ſit
eius auctoritatis· ut in receſſibus ſoleat agere
et litigatores ambo facile et honeſte in eo lo=
co ɔuenire poſſunt· Nam ſi locus eſt inhoneſtus
impune nō paretur arbitro· Et ſi locus eſt inho
neſtus ſꝫ non alteri· ꝓpter eum cui non eſt hone
ſtus excuſatur ſi nō venerit ille cui eſt honeſꝯ
ut· ff· e· l· ſi cum dies· §· ſi arbiter· ¶ Item fit cō
promiſſum ut arbiter ꝓnunciet etiam vna par=
tium abſente· ſi autem hoc expreſſum nō fuerit
actum ꝓnūciare debet vtroqꝫ pn̄te· ſi tm̄ vterqꝫ
ſit maior et ſane mentis· alioquin exigitur tuto
rum et curatorum pn̄tia· aliter autem non valꝫ
ſnīa is qui defuit ſemp ɔmittit in penaꝫ· quia p
eum factum eſt quo minus arbiter arbitretur·
ut· ff· e· l· diem· §· ſi quis· ¶ Poteſt et illud agi
quādo ɔpromittitur in plures· ut uel vnus dicat
ſnīam uel maior pars uel etiā omnes ſꝫ ſi de hoc
nihil ſit dictum omnes debent eſſe pn̄tes et ꝓ=
nunciare· uel ꝓnūciari noīe ſuo et alioꝝ cū ver=
ba ſnīe in pſonis omnium arbitroꝝ ſint ɔcepta
conſentire· Si autem vno abſente ꝓnunciarent
ceteri valet ſnīa· quia potuit eius pn̄tia eos tra
here in equam ſnīam· quod auteꝫ dixi in abſen
te puto et in mortuo ſeruandū· idemqꝫ in iudici
bus delegatis· ut· ff· e· l· item· §· ſi ſunt plures· et
· l· ſi in tres· et· l· ſicuti· et· l· non diſtinguemus·
· §· cum in plures· et· j· de pe· da· iudic· l· placuit·
¶ Item poteſt illud agi in ɔpromiſſo· ut here=
des vtriuſqꝫ partis ſuccedāt in ɔpromiſſuꝫ alio
quin ſiue nihil ſit actum ſiue ſit actum de here=
dibus vnius tantū morte· ſoluetur ɔpromiſſum
ut· ff· e· l· ſꝫ interpellatur· §· ſi ab altera· ¶ Illd
etiam antiquitus ad conſtitutionem arbitri ꝑ=
tinet· ut ſi vallatum ſit arbitrium ſacramento
arbitri et partium· uel arbitri tantum· uel par=
tium tantum detur ex eo actio et exceptio· qꝺ
hodie non eſt decernit noua ɔſtitutō nullum ſic
arbitrium fieri· ut cum ſacramēti religione iu=
dicem ſiue ab arbitro tantum fuerit datum ſm
· B· ſiue a partibꝫ ſcd̄m· M· ſed penam ſtatuat·
qua preſtita liceat a iudicatis recedere· ſi cōtra
hoc iudicatum fuerit iudex qui male iudicat pe
nam adeo expectet· ſi ignorantia· nihil erit eis
ꝑter ſacramentum· Nam et alias ſi iudex uel ar
biter male iudicando faciat litem ſuam· tamen
quia partes ſꝫ deliquerunt non poſſunt agere
contra eum· ut· C̄· de pact· l· pnl· et in aut· de iu
dicibꝫ· §· quia vero multe· Quid autem ſi valla=
tum fuerit arbitrium ſacramento· et pena· cer=
te nihilominus tenet cōpromiſſuꝫ· nec em̄ debꝫ
viciari vtile per inutile· ut dicit generale vnū·
et eſt ar· ff· ꝺ iure fiſ· nō inceſtr· §· ſi qs· Perduci
tur autem arbitrium ad finem inchoato eo· In
primis uel p libelli oblatōeꝫ· ut reus deliberare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſſit infra ſtatuta tempora· quia arbitriuꝫ ad
ſimilitudinem iudicioꝝ redactum eſt niſi in qui
bus lege poteſt oſtendi contrariū· ut· ff· e· l· i· et
ꝗ· e· l· penulť· §· licet· ſatiſdatio tamen de ꝓſequē
da lite ab actore uel de reo reſponſuro ſatis di=
ci pt· ut locum non habeat in arbitrio· quia ſa=
tis eſt ſi pena cōmittatur in aliquem eorum· et
ar· eſt pro hoc in auť· de litig· §· ad excludēdas
in fi· Poſtq̄ autē deliberauit reus ſi veniat bñ
eſt· ſi non poterit iubere arbiter eum adeſſe uel
per nuncium uel ꝑ epiſtolam· ut· ff· e· l· ſꝫ inter=
pellatur· §· adeſſe· Et eſt ħ notandū ꝓpter peda
neum iudicem quem dicunt quidā per ſe tantuꝫ
poſſe citare partes· ſed certe et per nunciū cita
re pt cum arbiter hoc poſſit· qui eſt inferior eo
Si autem is qui citatus eſt nō veniat omittitur
pena quaſi opera nō prebita· id eſt non adhibi=
ta ſtudio ut finiatur arbitrium· ſi tamē veniat
arbiter in locū ꝯpromiſſi deſtinatū cognitōni·

Item ſi venerit alia pars nam illi debet per=
mitti penā petere qui in ipāꝫ non incidit· ut· ff·
· e· l· non ex omnibus· i· ꝛᵒ· et· §· i· et· l· arbiter· et
· l· ſi cum dies· §· pnľ· et· ꝗ· e· ſi contra ꝯpro· In cō
tumacem aūt non poteſt indicere mulctam· qa
hoc magiſtratibus tm̄ ꝑmittitur· ut· ff· e· l· ij· §·
vlti· quod autem dicitur in pdicta· l· nō ex om=
nibus cōtumacia litigatoris eū punire poſſe· ſic
intellige· ut in arbitraria actōne· uel ſimili de=
ferre poſſit iuſiurandū in litem· cum certum ſit
rem reſtitui nō poſſe· uel ſi poſſit reſtitui actor
mauult quanti in litem iurauerit reum ꝯdēna=
ri· q̄ꝫ ad rem· vel dic actum eſſe in arbitro· ut ſe
pius omittatur pena· Alioquin ſemel commiſſa
quia rem non reſtituit nō omittetur poſtea· qa
iuranti in litem nō ſatiſfaciat· ut· ff· e· ſi duo· §·
vlti· Porro ſi vni partiū deferat ſacramentum·
quia altera nō exhibet noīa teſtiuꝫ· non poteſt
ideo iurari in litem· quia nec ꝓ hoc eſt actō ar=
bitraria ut in pdicta· l· nō ex omnibꝰ· non tamē
exprimit· omittatur pena ꝯpromiſſi an nō· Et vi
detur omitti· quia ꝑ hoc impeditur arbiter ꝓ=
nunciare et ita ptinet ad operam pbendam ut
dictum eſt· vtraqꝫ aūt parte veniente fieri de=
bet apud arbitriuꝫ litis ꝯteſtatō· cauſe exami=
natio· teſtiū ꝓductio· ſicut et ħ fiunt apud ma
giſtratus ⁊ gratia teſtiū uel inſtrumentoꝝ da
re poterit arbiter dilatōnē et datā pt abbre=
uiare cauſa cognita· ſicqꝫ dicitur arbitrum mu
tare poſſe ſnām nō diffinitiuam ſꝫ interlocuto=
riam· ut· ff· e· l· dſet· §· i· et· l· q· Sed et diffiniti=
uam ſentētiā qñqꝫ mutat ſi ea ſit ipō iure nulla·
Quid enī ſi arbiter de pluribꝰ ꝯtrouerſijs nihil
ſibi omnibus ē aſſumptus· et de vna ſnām di=
xit· Si quidē erat ꝯpromiſſum ut ſimul de omni
bus dicat ſnām poterit mutare primā ſnām·
et iterū iudicare d̄ omnibꝰ· nōdū enī dixit ſnāꝫ
Si vero ꝯpromiſſum eſt ut ſeparatim ꝓnunciet
quaſi plura ꝯpromiſſa ſunt· Et ideo quantuꝫ ad
illam ꝯtrouerſiam ptinet· arbiter eſſe deſierat·
ut· ff· e· l· quid tn̄· Si aūt queſtōnes erāt ſibi cō
munes· videtur q̄ indiſtincte nulla ſit ſnā· ar·
· C· de accuſať· l· qui de crimine· ſed ⁊ vbi que=
ſtōnes nō ſunt ſibi omnes nec aliud apparet eſſe
actum· puta q̄ elegerint ut ſimul de omnibꝰ de
beant ꝓnunciari· Idemqꝫ et ſi de vna re tantū
erat ꝯtrouerſia· et ꝓnunciauit de parte rei· nō
de tota re· ut· ff· de doli excepť· apud· §· itē que
ritur· et· ꝗ· de ap· l· eos· ibi· cauſam· ⁊c· et· l· am=
pliorem· ibi· ſi quid iudicatis· ⁊c· vnde patet q̄
in parte dānauerat et in alia abſoluerat· ut· ff·
fam̄· herč· l· in ħ· et de iudič· l· de qua re· et ſic
exauditur qđ eſt· ĝ· ſi aduerſus rē iud· l· i· Et cer
te vbi deficit ſnā in vna re uel capitulo uel eti
am in ꝯnexis uel adiūctis· Idem dico in ſnā iu
dicis ordinarij· Si vero ſint capitula plura apđ
iudicē ordinariū ꝓpoſita· nō ſibi ꝯiūcta nō ideo
dicitur ſnā nulla in vno quia de alio nihil dixit
Porro ſi iudicis delegati eſt ipō iure nulla non
idem ipe iudicat· ſꝫ alij cōmittitur negociū ter=
minandū· ut· C· de act· l· iiij· et quomodo et qñ·
· l· iiij· Cognitōne autem habita plene reſtat ut
ferat diffinitiuā ſnāꝫ quam debꝫ ferre in ſcptis
ut· ꝗ· de ſententť· expi· re· l· i· et ea mente ut ſcđm
eam diſcedere velint ptes a tota ꝯtrouerſia· ut
· ff· e· l· diſcere· et certa debet eſſe ſnā· ut· ff· e·
quid tamen· §· pompoīus· Item debet eſſe
ſnā de re illa tantum que erat in lite non de a=
lijs uel de ſupuenientibus queſtionibꝰ· Vnde et
dicitur arbitrium extra ꝯpromiſſum nihil face
re poſſe· ut ſi dicat de hoc iudicem eundem· uel
in alium ꝯpromittendū· niſi forte de eo compro
miſſum ſit· ut arbiter ſtatuerit cuius arbitratu
ſatis detur uel quid ſimile fiat· ut· ff· e· l· non di
ſtinguemus· §· de officio· et· §· queſitum· et· §· ul·
Et ex his dixerunt quidam arbitrium de fructi
bus uel litis expēſis nil dicere poſſe niſi id actū
ſit· quod non puto· quia hec contigua ſunt· nec
dicitur fieri extra cōpromiſſum circa uel iuxta
nam et partes in receſſibus eſſe iubet· et iuxta
mandatum fiunt multa· ut· ff· in diſſol· l· iam tn̄
et ꝓcurať· l· ad rem· et· l· ad legatum· Hinc eſt
quia et ſolutio in diem ſtatuere poteſt· ut in ea
dem· l· §· ſolutōni· Inhoneſtum autē uel impoſſi
bile uel id de quo non eſt cōpromiſſuꝫ non debꝫ
in ſententia comphendere· ut· ff· e· quid tamen
· §· ulť· et· l· ſi cum dies· §· cōpromiſſo· Quid autē
ſi nolit arbiter ꝓnunciare· certe pretor debꝫ eū
comphendere cuiuſcūqꝫ ſit dignitatis arbiter·
niſi in pari uel maiori magiſtratu uel poteſtate
ſit poſitus· conſul forte uel pretor· ut· ff· e· l· iij· §·
· i· et· ij· et quandoqꝫ tamē excuſatur arbiter ne
cogatur puta ſi infamauerunt eum litigatores
Et tūc diſtingue vtrum cauſa cognita quia ne
ſciebat ordinare cauſam· Et tūc etiā ſi ex inter=
uallo redeant admittuntur· an ſine cauſe cogni
tione· et tunc admittuntur mox non poſtea· ut
· ff· e· ſed et ſi in ſeruum· §· vlti· et hic longuꝫ et
breue tempuꝫ accipietur pro iudicis arbitrio·
Si autem partes arbitrum infamauerunt ⁊ ad
alium iuerunt nunq̄ poſtea admittuntur· ut· ff·
· e· l· ſꝫ ſi ſeruum· §· ulť· et· l· litigatores· Si autē
non ſpreuerunt eum· ſed ad alium iudicem iue=
runt· Si quidem ſub eo litem teſtentur ꝯpromiſ
ſum ſolutum eſt primū· ut· ff· e· l· alioquin infra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

triennium adnittũṫ et non poſtea·ut·ff·e·l· itē
·§·ſi multo· ¶ Item excuſatur ſi ſordes aut tur
pitudo eius ſit manifeſta·qui accepit pecuniaꝫ
ut ꝓ illo diceret ſñiam· Sed ſi accepit ut ꝓnun=
ciaret et tantum cōpellitur·ut·ff·e·l·iij·§·i· et·l·ſꝫ
ſi in ſeruum·§·ſunt· ¶ Iteꝫ excuſantur ꝓpter
inimicitias capitales quas cum vtroqꝫ uel vno
litigatoꝝ habet· ¶ Item ꝓpter valitudinē q̄
ei poſtea ꝯtingit aut ꝓpter ſupuenientia nego
cia uel vrgentes ꝓfectōnes aut in vnam in di=
cta uel incomoditates imminentes ſi tñ ab his
non cito liberaretur· Si aūt ab his poſſit libera
ri differre cogitur arbitrium·ut·ff·e·l·licet·et
·l·et ſi qua·et de iudic̄·l·ſi longius· ¶ Itē excu
ſatur ꝓpter publicū uel priuatū qd̕ habꝫ·ſi dies
ꝯpromiſſi ꝓferre non p̄t· Si aūt p̄t non aliter ex
cuſatur arbiter·q̄ ſi ꝯſentiat denuo in ſe ꝯpro=
mitti hoc ſcꝫ ſi dies eſt exitura·ut·ff·e·l·ſi qua
·§·arbiter· Nec ob·qd̕ legitur·ff·e·l· ſi cū dies·
·l·ſc̄o·quia ibi arbiter non excuſabit ſe imo iure
ꝯmuni dicebat ſe liberatū finito t̄pe in quo cō
promiſerāt in eum p̄tes· ¶ Itē excuſatur ſi vnꝰ
ex litigatoribꝫ bonis cedat·cū neqꝫ agere neqꝫ
ꝯueniri poſſit·ut·ff·e·itē ſi vnus· ¶ Itē excuſa
tur arbiter ne cogatur die feriata que ſpeciali
ter denotatur illa·l·que eſt in·C·de ferijs·l·om
nes·nō ꝯtinetur tñ ꝯmuni noīe feriaꝝ·tunc em̄
q̄nqꝫ excuſatur arbiter·id eſt ſi dies cōpromiſſi
nō ſit exitura·alioquin cogitur· Sꝫ ſi dies nō ſit
exitura et cogatur·ſi ſibi iuret de cauſa non li=
quere ſpaciū datur ei ad ꝓnunciandū· Ideqꝫ di
co et ſi ꝯpromiſſum ſine die factū eſt·ut·ff·e·l·ſi
de meis·§·ul·et·l·ſi feriatis· ¶ Poteſt etiā excu
ſari arbiter ex eo q̄ dicitur ſolutū ꝯpromiſſum
qd̕ ſit die mortis acceptilatōe iudicio· Iteꝫ pa=
cto de nō petendo penā·ut·s̄·de ſingulis dictū
eſt· Sacerdotio aūt adueniente nō cogitur ar=
biter· Sꝫ ſi iam factus ſacerdos recepit cōpro=
miſſum cogitur·q꞉ priuilegio renunciauit· Ideꝫ
ſi de negocio tranſactuꝫ eſt·uel res eſt mortua
de qua erat ꝯpromiſſum·nō cogitur arbiter ni
ſi poſteriori caſu aliquis litigantiū interſit for=
te et in eis caſibꝫ ſoluitur ꝯpromiſſum·ut·ff·e·l·
nō diſtra·§·ſumma· Si aūt p̄dictis modis nō ex=
cuſetur arbiter uel nō ſoluatur ꝯpromiſſum ar=
biter ꝓnunciare debꝫ·quē ſi qua partiū ꝓhibe
at ꝓnūciare incidit in penā·ut·ff·e·l·diem·§·et
ſi quis· Sicut et cū quis citatus non venit·ut di=
ctum eſt· Ideqꝫ et ſi ſñīe late nō paret· Et ſiqui
dem in ea exprimatur dies ea lapſa cōmittitur
et exigitur pena ſi nō exprimatur ineſt modicū
t̄pus ſcꝫ quatuor menſiuꝫ ad ſatiſfaciendū·et eo
elapſo ꝯmittitur pena licet tñ reo purgare mo
ram ante lit̄·ꝯt̄·de pena·niſi ante litē ꝯteſtataꝫ
interſit actoris·ut·ff·e·l·ſi cum dies·§·ult̄·et·l·
vtiqꝫ·et·l·celſus· ¶ Et nota q̄ vbi reus paratꝰ
fuit dare intra t̄pus et actor noluit accipe· ipo
iure nō ꝯmittitur pena· ſi tñ actor poſtea petat
et reus nō det ꝯmittitur pena quaſi duo ſint ar
bitri p̄cepta·vnū pecuniā dari· alterū intra ka=
lendas dari·licet em̄ penā non ꝯmittas q̄ intra
kalendas nō dederis q̄m̄ parte non ſteterit tñ
cōmittis in ea parte q̄ non das· ¶ Iteꝫ nota
q̄ quis excuſatur a pena rōne iuſte abſentie·ut
·ff·e·l·ſi cū dies·§·ſi quis· ¶ Item ratōe inimici
ciarum ex alijs cauſis manifeſte apparentiū in=
ter arbitrū et vnū litigatoꝝ· Si arbitro denun
ciatum ſit·ne ſñiam dicat quaſi hec denūciatio
ſit quedā ſpecies appellādi·ut·ff·e·l·nō diſtin·
·§·cum quidā·vere tñ et ꝓprie appellare nō p̄t·
quia nec iudicati actō ex ſñīa arbitri datur·ſed
agitur ad penā ſi ꝓmiſſa eſt· ut·ꝭ·e·l·i· Si auteꝫ
nō eſt ꝓmiſſa nō tenet niſi arbitriū fuerit ꝯfir=
matum expreſſe uel ſilentio·x·dierū·et tunc ex
arbitrio datur exceptio· ¶ Itē actō quaſi ex re
iudicata uel ex lege principis·vñ dicit impator
ex ſuo noīe dari actōnem·ut·ꝭ·e·l·iiij·§·ult̄·et·l·
penult̄· ¶ Item obſtat exceptio agenti q̄ ſolu=
tum dicitur ab altero ꝯpromiſſum·vel quia ſti=
pulator pene corrumpit arbitriū·vel quia dolo
fecit·ut ꝓ ſe ꝓnūciaretur·ut·ꝭ·e·l· arbitroꝝ·et
·ff·e·l·ita demū·vel quia ꝓnunciatū eſt die feri
ata·l·noīatim excepta·ut·ff·e·l·feriatis· Extra
ſummā noto alios effectus arbitrij facta quaſi
facta ſit in ordinario iudicio forte fiat tranſito
ria in heredes·et fiet vſuraria· ¶ Item in me=
dio arbitrij ſi fiant ꝓfeſſiones uel atteſtatōnes
licebit eis vti alicui etiā apud iudicē ordinariū
vbi tñ teſtes ſupſint nō ꝯpellitur quis apud iu=
dicem his q̄ teſtificati ſunt apud arbitrū ſi pa=
tiatur eos iterum induci·ut·ꝭ·e·l·penult̄·§·ult̄·et
de fide inſtrumentoꝝ·l·vlti·

## ¶ De ſatiſdando

HActa editōne actōnis in iudicio incho
ando p libellum·ut·s̄·dictū eſt· Reſtat
nūc videre de ſatiſdatōne·que a parte
actoris uel rei interponūtur· Non tñ dico in ar
bitris licet id dixerit· P·ut ꝓbaui·s̄·e·i· etiā ꝺt
·ff·de arbit̄·l·nō diſting·§·pnt̄· ¶ Eſt aūt ſcien=
dum q̄ etiā is qui ſuo noīe agit oneratur dupli
ci cautōe·hoc eſt ut ſcribat in libello et fideiuſ=
ſorē preſtet uel reo uel negocio executori q̄ in=
fra duos menſes ꝯteſtabitur litē·uel omne da=
mnū ei qui ꝯuenitur reſtituet in duplū nō tran=
ſcendente cautōe·xxxvi·aureos·ut in autēt̄·de
execut̄·coll̄·vij· ¶ Item aliā exponit q̄ uſqꝫ ad
finē lit̄ ꝑmaneat·et ſuas intentōes p ſe aut per
legitimū ꝓcuratorē exerceat·et ſi poſtea ꝓba=
tus fuerit iniuſte litē mouiſſe ſumptuū et expen
ſarum noīe preſtabit decimā p̄tem quantitatis
libello ꝯprehenſe· Aut ſi fideiuſſorē dare nō va
leat ſup eiſdem iuratoriā exponet cautōnem·et
tactis euangelijs affirmabit ſe fideiuſſorem da
re non poſſe·hec niſi moueatur cauſa ex cōſen=
ſu vtriuſqꝫ p̄tis·ut i aut̄·de litig̃·coll̄·viij·§·ad
excludendas· hec cū litigatur corā ſuo iudice·
alia em̄ quedā tercia preſtatur·ut·ꝭ· de dilat̄·ſi
q̄n aūt q̄ fieri· A·c· Reus autem ſatiſdat q̄ vſqꝫ
ad terminum litis ꝑmaneat·q̄nqꝫ tñ ſufficit iu=
ratoriā exponat cautōnē·ut ſi poſſideat imme=
bilia·ut·ff·qui ſatiſda·co·l·ſciētū· Et quādoqꝫ

ſufficit ſola repromiſſio cũ ipotheca rerum ut in clericis·ut in autẽ·de ſanct.ſ.epiſ.§·ſi quis autẽ· ¶ Et eedem forte ↄſideratões locũ habebunt in pſona actoris quẽ diximus debere ſatiſdare· Que autẽ obtineãt de ſatiſdat·ꝓcuratoris actoris uel rei dicũtur·ĩ·e·l·i·et plene notauimus·ſ· de ꝓcurat·hũc enĩ titulũ puta generalẽ eſſe et quantũ ad principales pſonas et quantũ ad ꝓcuratores·licet·P·tm̃ ad ꝓcuratores extenderet·quia in textu de his tm̃ loquitur· Illud etiam certum eſt·ꝙ ſatiſdare eſt ſecuritatem per fideiuſſores prebere·ut·ff·qui ſatiſda·cog·l·i· et de verbo·obligat·l·penult·

## ¶ De formis et impetratione actõnum ſublatis

Quid olim fuerat actio·Et quid hodie ſit·Et qliter ꝓponat pleniſſime diximus ·ſ·de edendo·certunqꝫ eſt hodie actõnem ꝓponi poſſe ſine aliqua ſolennitate verborum·et ſecundũ·P·et vulgari et ruſticano ſermone·ſi ea apta ſit ꝓpoſito negocio nec eſt opꝰ impetrare ſolennia verba uel actõem niſi ea ſit ad quam quis reſtituatur iudicis officiõ·ut·ſ·in reſciſſoria plene diximus·

## ¶ De iureiurãdo ꝓpter calumniã dãdo

Quia edita actõe in iudicijs et arbitrijs lite ↄt·preſtatur iuſiurandum ꝓpter calumniam·ideo de eo videamus·Videndum ergo quid ſit iuſiurãdum calumnie·Et qs debeat iurare·Et quando·Et quidem iuſiurandum calumnie eſt·cum quis iurat ſe bona fide· et non calumniandi animo agere uel reſpondere·nec calumniandi animo egiſſe uel reſpõdiſſe ut·ĩ·e·l·ij·§·i·et·ff·fami·herc·l·inter·§·qui familie· ¶ Eſt enim calũnia cum quis ex certa ſciencia iniuſte agit uel reſiſtit·ut·ff·ad turpil·l·i·§·calumniari·Dicitur ergo iuſiurandum calumnie vitande·uel ꝓpter calumniam vitandã· vt dicitur vnuſquiſqꝫ habeat ſuam ꝓpter fornicationem·Adijciuntur autẽ duo in hoc iureiurando·id eſt qꝺ non exiget ꝓbatõnem ſibi non neceſſariã·et qꝺ nihil dedit uel dabit iudici ꝓ hac cauſa·ut in autẽ·coll·v·de his qui ingrediuntur ad ap·§·ulẽ·et ut litigantes iurent·coll· ·viij·i·§º· ¶ Iurant autem de calumnia principales perſone·et primo actor·ſecundo reus· ut ·ĩ·e·l·ij·§·i·et·ij·Nec obſtat quod legitur inſti· de pena temere litigantium·quia ibi non ordinem iurandi ponit· ſed denotat pſonas que iurent·ar·ff·de peculio le·l·quidam· ¶ In duplici autem actõne ille partes ſuſtinet actoris· qui primo ad iudicium ꝓuocauit·vel ſi ambo ꝓuocant forte dirimitur res·ut·ff·de iudic·l·in tribus·ut ſit etiam hoc ar·ꝙ actor primo de calumnia iuret·et in his duplicibus ſubit vterqꝫ ſacramentũ rei et actoris·ut·ff·fam·herc·inter· ·§·ij familie· ¶ Itẽ iurant tutores et curatores quia ipſi poſſunt ſcire cauſa bona ſit an mala·ut ·ĩ·e·l·ij·§·ꝙ obſeruari·vel omnes uel etiã vnus ut·ĩ·ex pluribus tutoribus vnus uel omnes agere uel conue·poſ·l·i·Sed nunquid minor iurabit de veritate dicenda·Et videtur ꝙ ſic·quia et ꝭ placuit lotario quia et ſeruus cum de facto ſuo agitur torquetur in pecuniaria cauſa·licet non torqueatur alias·ut·ĩ·de teſtib·l·ſuos· ¶ Itẽ ad iudicis officium ſpectat inquirere veritatẽ· ut·ſ·de edendo·l·ij· ¶ Item lex dicit minorem confitentem reſtitui·ut·ff·de confeſ·certum·§· vlti·Vnde videtur ꝙ debeat interrogari· et ita conſuetudo iudiciorum admittit·licet ar· ſit contra·ff·de noxal·l·quotiens·§·ſi tutor· Plus etiam dixit autẽt· quidam ut minor debeat de calumnia iurare ſi nouit veritatem rei ⁊ pubes eſt uel proximus pubertati tutorum tamen uel curatorum interueniente auctoritate·ut·ff·de adminiſ·tut·l·i·§·vlt· Et ſecundum hoc poteſt intelligi quod dicitur·ff·de aduocat·tu·l·accipientis· Nam impoſſibile eſt tutorẽ de calũnia iurare ꝓ agente et reſpondente· ſi enim credit hunc fouere bonam cauſam·ergo credit illum fouere malam·Vel loquitur lex illa in pupillo q̃ edit iudicium contra vnum et contra alium ſuſcipit·In his autem que preſunt municipio ſeruatur·ut omnes uel maior pars debeãt de calumnia iurare·ut·ĩ·e·l·ij·§·hoc etiam·et·ff·de cõdi·et demon·l·municipibus·licet·P·dixerit maiorem partem ciuitatis iurare·uel ipſam vniuerſitatem quod difficile eſt·Procurator autẽ non iurat·ut·ĩ·e·l·ij·§·ſin autem·niſi in rem ſuam ſit factus·tunc enĩ iurabit ſcd̃m·P·ſi intendat vtilem actõnem nomine ſuo· Secus ſi directam nomine cedentis· Rogerio autem viſum eſt dñm ſemp de calumnia iurare· Sed certe melius eſt vt ꝓcurator ſemp iuret cum in rem ſuam ſit· ſiue directa ſiue vtili actõe vtatur· eſt enim eius cauſa cum ad eum dampnum uel emolimentũ ptineat·ut·ſ·de ꝓcurat·l·qui ſtipendia·et·ff·qñ ap·ſit·l·i·§·in ꝓpria·niſi reus obijciat ꝓcuratori ꝙ non nouit veritatem eorum que ſunt in lite dñs autem nouit et p hoc veriſimile eſt ꝓcuratorem negare dñm non confiteri veritatẽ· vel etiam ſi ſcit vterqꝫ veritatem·quia tamen principalis pſona ita eſt honeſta ꝙ veritatem non negaret nec poneret falſitatem· ꝓcurator autẽ vite ſuſpecte eſt· vnde ne mẽdacijs ꝓcuratoris grauetur alter·poterit iudex ex equitate pſonarum motus dñm· et non ꝓcuratorem iubere de calumnia iurare·ut·ſ·de ꝓcurat·l·ulẽ·et·ff· de ꝓcurat·l·ſi actor· ¶ Item ꝭ in eo ꝓcuratore cui deputatum eſt exercicium cauſe tantum Si autem ꝓcurator ſuo nomine conueniatur ex ſtipulatõne iudicatum ſolui·uel de defenſione· iurabit ipſe de calumnia ſicut et fideiuſſor ↄuentus ex fideiuſſione· ¶ Quid in ſindicis·et iconomis·et in actoribus· Reſpondeo et illi iurant ꝙ legitimam habent adminiſtratõnem· id eſt ex ·l·ſcripta uel iudiciali auctoritate ut patres in bonis filiorum·et orphanotrophi in bonis orphanorum·ut·ĩ·e·l·ij·§·iij·et de bonis mat·l·i·

et·ſ̄·de epiſcopis et cle·orphanotrophor·et au
tent·ſed hodie·et inſtit·de ꝓcurat·§·ult·Et in
clericis idem dico alias iurare ꝓhibeantur iu=
dicio ſiſti·ut·ſ̄·de epis et cleri·l·cum clericis·§·
penulti·¶ Epiſcopus autem ſi per ſe non per a=
ctorem agat iurabit de calumnia propoſitis nō
tactis ab eo euangelijs·ut·ſ̄·de epis·autent·§
iudex·Aldricus tamē dicebat abbatem et epi=
ſcopum de calumnia iurare·quia melius ſciunt
cauſam et ſatis bene mouebatur niſi quia con=
ſuetudo que eſt optima interpres legis contra
ſe haberet ¶ Parentibus autem patronis pu=
to remitti hoc iuſiurandum·quia non eſt veriſi=
mile eos contra liberos uel libertos calumnia=
ri·ut dicit lex vetus·ff·qui ſatiſda·co·l·de die·
·§·ulti·et de iureiurand·l·iuſiurandum·quod e=
nim ſub iſto·t·traditur regulare eſt ſpecies au
tem generibus non genere ſpeciebus conſueue
runt derogare·ut·ff·de regul·iur·l·in toto·
¶ Preſtatur autem hoc iuſiurandum poſt litē
conteſtatam·ut·ĩ·e·l·ij·§·i·in ciuili cauſa et cri=
minali ut dicit generaliter·ut·ĩ·e·l·i·et ar·ĩ·de
fide inſtru·l·vlti·licet quidam in criminali cau=
ſa dicant contrarium·ar·inſti·de public·iudic·
in princ·et·ff·de bonis eorū qui ante ſnīam·l·i·
ſed certe illa regula in infinitis fallit·ut patet
cuilibet in libelli oblatōne·cauſe examinatōne·
ſnīe ꝓlatōne·Dicuntur ergo non habere omu
ne·quia in ciuilib· agitur ad quid dandum vel
faciendum·In criminalib· autem ut puniatur
reus·¶ Item licet pmittatur tranſactio in cri=
minali cauſa·non ideo pmittitur calumnia imo
ſimilitudine ſupplicij·et hoc iureiurando·puni=
tur calumnia· Pena autem nō iurantis eſt·ut
ſi quidem ſit actor cadat ab inſtituta actōne p
ſententiam iudicantis·Reus autem condemna
tionem ſuſtineat in his capitulis que pro narra
tione cōprehenſa ſunt·ut·ĩ·e·l·ulti·§·ulti·et in
autent·ut litigantes iurent·§·i·Queſtōnes que
ſolent fieri in iureiurando reſeruo in littera·

¶ Codicis domini Juſtiniani repetite
ꝓlectionis liber ſecundus explicit Jn=
cipit liber tercius De iudicijs

EXplicitis preparatorijs iudicio=
rum petit de iudicijs·non dicit
de iudicio·qꝛ plura iudicia ſunt
Eſt enī aliud ciuile·Aliud crimi=
nale·Et de ciuili principaliter
hic tractat·Sed de criminali a
liquid incidenter interſerit·ff·e·l·deſtitiſſe·et·ĩ·
·e·ꝑperandū·in prin·De criminali tñ principa=
liter tractat·ĩ·qui accuſa·nō poſ·et de actōib·
¶ Videamus itaqꝫ quid ſit iudiciū·Et que ſint
neceſſaria in eius ꝯſtitutōne·Et qualiter·Et qñ
ad effectum pducatur·Quis ſit eius effectus
in principio·et in fine et in medio·¶ Judicium
autem qñqꝫ ponitur ꝓ diſcretōne·quandoqꝫ ꝓ
actōne·ut inſtit·quib· nō eſt pmiſ·fa·te·et·ĩ·fa
mi·herc·l·i·Quandoqꝫ ꝓ ſnīa·Unde et dicitur
rei iudicate parendū·ut·ĩ·de reg·iur·l·i·Aliqñ
ponitur ꝓ inſtantia uel ordinatōne cauſe·ut·ĩ·
·e·l·ꝑperandū·§·i·ibi·ab obſeruatōne iudicij·et
ita hic accipitur et in hac ſignificatōne ita cō
petenter diffinitur·¶ Judicium eſt legitimus
actus trium pſonarꝫ ſcilicet iudicis·actoris·et
rei·Nam teſtes licet plerunqꝫ in iudicijs utpote
p neceſſarij pducantur·ſine his tñ pt eſſe iudici
um·Vel diffinitur ſicut et·ſ̄·diffiniuimus arbi=
trium·eo excepto qꝫ arbitriū volūtarie·iudiciū
neceſſario ſubitur·¶ In ꝯſtitutōne aūt uel con
ſtructōne iudicij pcedente libelli oblatōne·de q̄
diximus·ſ̄·de edendo·attendenda eſt plurimū
pſona iudicis·an uel de facto hāc iuriſdictōem
ab his qui poſſunt eam dare·de quibus pſonis
plene dicemus·ĩ·de iur·om·iud·et ſi habeat de
facto ꝯſiderandū eſt an ius iudicem eum eſſe p
mittat·nec enī oīnes iudices eſſe poſſunt quidā
enī impediūtur natura ut ſurdus et mutus et p
petuo furioſus·Nam ſi fuerit ad tpus dari qui=
dem pt iudex ut ſue mentis effectus qꝫ finem di
xerit ratum ſit·ſi tñ longius ſpacium interceſſu
rum ſit quo minus iudex datus opam poſſit da
re incidente infirmitate·uel neceſſaria ꝓfecti=
one uel rei ſue familiaris periculū mutari eū iu=
bet pretor·¶ Jmpuberes vero·quia iudicio ca
rent natura ꝓhibentur ne iudices ſint·¶ Adul
tus autē iudex uel ordinarius uel delegatus a
principe ꝯſtitui pt·quia omnia rite agere ei vi=
detur ꝯceſſiſſe·Si vero delegatus ſit ab alio ma
ior·xx·annis tenet ꝯmiſſio·et cogitur pcedere
in cā·Si vero ſit minor·xx·annis et maior·xviij·
tenet delegatio·et pt iudicare·ſʒ nō cogitur ꝓ
cedere·Si vero ſit minor·xviij·annis non tenet
delegatio niſi delegatū ſit ſcientib· et ꝯſentien
tibus in eum·licet ſit in tali etate·ut·ff·de re·
iu·l·quidā·et de arbit·l·cum lege·¶ Legibus
autem ꝓhibentur infames uel turpitudine no=
tati·Moribus ꝓhibentur femine ⁊ ſerui quia
receptū eſt ut virilibus officijs nō fungātur·et
ꝓbatur hoc·ff·e·l·cū pretor·§·non autem·et·l·
ſi longius·et·l·cū furioſus·et·ff·de ſena·l·ij·et
·ſ̄·de of·p̄·p̄·l·ſi quos·et·ĩ·ad·l·iul·repe·l·ult·
et de dignit·l·i·et·ij·et de infamib·l·i·et·ff·de
reg·iu·l·ij·¶ Illud certum eſt qꝫ milicia uel ex
ercitium armorꝫ uel ſimilium nō repellit aliquē

a facultate iudicandi· vſu enim approbātur ma
giſtratus militares et ꝓ ſui et legis ſnīa iudi=
care poſſunt de ea re cuius habēt peritiā·ut·ꝭ·
·e·l·pnſ· ¶ In pſona vero agentis et rn̄dentis
ſuo nomine attendes an ius eum agere uel re=
ſn̄dē pmittat· Serui em̄ agē uel rn̄dē regſarit
nō pn̄t·niſi ſint ſerui pincipis· regulariter ideo
dixi·quia qn̄qȝ hoc fallit ut ſi lex cornelia de fal
ſis uel teſtamentaria velit accuſare eū qui ſuppſ
ſit tabulas in quibus erat relicta libertas uel
accuſat eum qui fecit falſam monetā· ¶ Item
lex iulia peculiatus accuſat eū qui fraudauit cē
ſum·vel lex iulia de annona eū qui reddidit cari
orem annonā· ¶ Item ꝓ libertate preſtanda
agitur· ſed et ꝓ alimētis preſtandis·uel ꝓ poſ
ſeſſione ſi ei fuit turbata cōceditur ei agere·ut
·ff·e·l·vix·et·l·qui ſe·et·ff·ad·l·cornel·de fal·l·
nullo·et de alimentis et ci·l·ſuos·et·ꝭ·vbi cau=
ſa fiſca·l·ulti·et ꝭ·ſi per vim uel alio modo·l·i·
¶ Minores quoqȝ·xxv·annis agere nō poſſunt
ſine tutorum uel curatoꝝ auctoritate de quibꝫ
plene dicemus·ꝭ·qui legitimā partē habeant in
iudicijs et de eiſdem tradimus·ꝭ·ſi tu·uel cura·
inter·et ſi aduerſus rem iudi· Si autem aliquis
agat uel reſpondeat noīe alieno quid in eius ꝑ
ſona debeat oſiderari plene diximus·ꝭ·de ꝓcu·
¶ Inter reum etiā et actorē adhibetur mixta
oſideratio·qꝛ licet quilibet eoꝝ otra extraneū
agere poſſit· Inter ſe tn̄ non agūt·puta pater
eſt et filius eius fam̄·non habens caſtrenſe·uel
quaſi caſtrēſe peculiū·ut·ff·e·l·lis nulla·et·ꝭ·de
ho·que lib·l·antepnſ·§·hoc eodem· ¶ Inter iu
dicem etiā et litigatores eſt mixta cōſideratio·
quia neqȝ pater filio·neqȝ filius patri pt̄ eſſe iu=
dex in criminali ut a cōtrario ſenſu·l·pcipitur·
·ff·e·l·in ꝓuatis· ¶ In ciuili cauſa pt̄ eſſe iudex
delegatus·quia fungitur vice delegantis·ut in
p̄dicta·l·in priuatis·Ordinarius aūt non eſt iu=
dex ut poſſit diſcutere cauſam·ſed tn̄ apud eū
fieri poteſt cōteſtatio in delictis·que ei multo
omittuntur·non ita in otractibꝫ·ut·ff·de offi·
p̄·l· ſenatus·et de iu·om·iudi·l·qui iuriſdictōni
Sed in caſu ultra litis oteſtatōnē ꝓcedit·forte
quia pater nullum incomodū patitur·ut·ff· ad
trebelſ·l·ille·§·ulē·et·l·nam qꝫ· ¶ In re aūt ſua
non pt̄ quis eſſe iudex·ut dicitur·ꝭ·ne quis in cā
ſua iudex ſit uel ius ſibi dicat· Sed et circa rē ali
enam ſubijcio regulam·ut ſup rebus pn̄tibꝫ tm̄
non futuris oſtituatur iudiciū· ſi tn̄ cōſtituitur
gracia preſentium rerum veniūt quedā futura
id eſt que poſt liē·oē·accidunt circa rem peti=
tam· Extrinſeca aūt non veniūt· et ꝓbantur l3
·ff·e·l·quemadmodū·et·l·non poteſt·et·l·ſole=
mus·de ediſ·edi·l·ediles·§·itē ſciendū· ¶ In ca
ſu tamen et ꝓpter futurum debitū agitur forte
ꝓpter delictum defuncti conuenti·ut·ff·ad·l·a
quiſ·l·in lege· ¶ In oſtitutōne quoqȝ iudicij p̄=
cedente libelli oblatōne et lite oē·uel non oē· ſi
otingat reum uel actorē abeſſe neceſſarie ſunt
vocatōnes·de quibus videamus qualiter fiant
ante liē·conē·uel poſt· Et quidem ſi ante liē·oē·
reus uel actor ſe abſentet·l·veteri non eſt apte

cautum·quod enim dicitur·ff·e·l·ad pempto=
rium·videtur qꝫ locū habeat poſt liē·oē·cum lo
quatur de pemptorio· qꝺ ominatur diffinitiuā
ſn̄iam que non pt̄ ſcd̄m vetera iura ferri ante li
tem oē·niſi a iudice appellatōnis·ut·ꝭ·de tēpo·
ap·l·vlē·illud· Et idem dici pt̄·ꝭ·quomodo et qn̄
iudex·l·oſentaneum·ſi quis tamen ſimilitudina
rie diceret etiā ante litem ceptam vocatōes fi=
eri eodem modo id eſt p interualla non minus
decem dierum id eſt ꝓ pſone uel cauſe qualita=
te iudex abbreuiauerit tempus nō reprobo· Et
fiet vocatio non ſemel tantum ſȝ bis uel ter uel
quater ꝓut ordinem uel opendium edictorum
iudex fuerit moderatus·ut·ff·e·l· ad pempto=
rium·et·l·ſequenti·et·iij·et·iiij·et·v· Hodie ta=
men vocatur abſens actor p interualla·xxx·di=
erum ē· ¶ Et fiunt iſte vocationes uel p edicta
in albo ꝓpoſita·uel p executores ad domū deſti
natos uel p preconum voces·ſi nec p iſta veniat
actor expectabitur p annum intra quem ſi non
veniat·iudex rei allegatōnes poſt annum audi
et·et ꝓbatōnes recipiet et ſn̄iam ꝓferet· ¶ Et
ſunt hic duo notabilia et mirabilia quia ante li=
tem oē·ꝓducuntur teſtes ſi velit reus in ſe trāſ
ferre onus ꝓbatōis ut·ff·de ꝓbaē·circa·et fer
tur diffinitiua ſn̄ia· Sic em̄ dicit et veritate ſub
tilius requiſita legitimā ꝓferre ſn̄iam·ut i auē·
de legiē· Si vero apud iudicē·vel ſi reus nil ꝓ=
baret abſolueretur ab obſeruatōne iudicij tm̄·
cum non ſit liquidum de cauſa·ut·ꝭ·e·l·ꝓperan=
dum·§·i· ¶ Vbi autem actor redit infra annū·
non admittitur niſi reddat expēſas·et his red=
ditis ſi iterum a iudicio recedens vſqȝ ad exitū
cauſe non pmanſerit poſt p̄dictas citatōnes et
anni obſeruatōne ab omni cadit actōne· quod
poteſt intelligi ut poſt ſcd̄am abſentiam iterū
tres menſes et alium annū debeat habere uel
intelligatur facta relatōne ad ſpeciem non ad
genus de premiſſo anno et predictis menſibus·
¶ Nō·autem dixi interuallum·xxx·dierum de
actore abſente ante litē oē·etiam in reo abſen=
te puto ſeruandum·ut·ff·de re·iu·l·non debet·
Sed illud quod dixi in grauamen actoris·ut eo
abſente ante litem ceptā poſſit in eum ferri diſ
finitiua ſn̄ia·uel ut cadat ab actōne cōpetenti·
non hoc ipō erit in reo ſeruandū·nam quicquid
beneficij indulgetur actori et reo ut teſtatur
predicta regula·ſed non econuerſo·ut·ff·de fe
rijs·l·ulē·et·ꝭ·de tempo·re·l·ulti· Reus igitur
abſens ante litem ceptam non poterit odemna
ri ſȝ eo vocato et datis ei p̄dictis inducijs· ſi nō
veniet mittetur actor in poſſeſſionem rei petite
ut dicitur·ꝭ·de preſcripē·xxx·an·l·ſi quis·§· ulē·
uel ſi agebat pſonaliter ꝓ debito mittetur in
poſſeſſionem rei um debitoris ꝓ menſura decla
rati debiti ſacramento actoris·ut in auē·de exi
ben·§·ſi vero etiam quidam iurent· durior em̄
debet eſſe cauſa actoris ſi deſiſtat·quia ipē pro
uocauit ad iudicium et eius gracia alius inuitꝰ
eſt vocatus·et eadem ratione etiam iure vete=
ri durius aſtringitur ꝓcurator actoris qꝫ̄ rei ut
notaui·ꝭ·de ꝓcura· Vidꝫ tn̄ qꝫ etiam an̄ liē·oē·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſſit ferri contra reum ſententia·ut in aut·ut
omnes obe·iu·§·ſi vero·ſed dic litē q̄i ibi ɔteſta
tam ɔtra dn̄m alio ꝓ eo et ꝓ ſe ɔuento·vel dic
dn̄m non ɔdemnari·Sed ſatiſfieri debet de re-
bus eius ꝑpter ſuā ɔtumaciā·Si vero lite ɔt·ſe
abſentauerit actor·eadem ſeruantur in citatō
nibus faciendis et anni indulgentia que·ſ·di-
cta ſunt ante litem ceptam niſi p̄dicta tempora
extendantur in tantum ut de triennio qđ a lite
conſ·ɔputatur·non ſupſit iudici ſemeſtre tem-
pus·tūc eñ ſic abbreuiabit iudex tempora ut ſu
perſit ei ſemeſtre tempus infra quod ꝓnunciet
et ita actor lite cepta minus tēpus habet q̄n̄q̄z
q̄ ſi non ſit lis cepta·quia magis peccat ſe ab-
ſentando poſt litem·Sic enim dicit eadem aut·
deterior nanq̄z dolus eius agnoſcit qui inter ru-
ptam litem deſeruit q̄ ꝙ ſemel acceptam dere
liquit·hec enim verba licet loquantur de eo qui
ſecūda vice ſe abſentat tñ et ad p̄miſſum caſum
poſſunt aptari·¶ Nđ autem dictum eſt in ab-
ſente actore plus litem ceptam et in reo cepta
ſeruandum·ergo contra quemlibet uel ꝓ que-
libet poterit ꝓferri diffinitiua ſententia·ſi per
ꝓbatōes etiam abſente altero inductas uel iu-
xta finem triennij uel etiam anteq̄ ſit ꝓpe finē
liquidum erit iudici de cauſa·Alioquin ab ob-
erua tōne iudicij reum perſentem abſoluet·
et actorem ɔdemnabit in expenſas quas reus
feciſſe iurauerit·ſi actor ſit abſens·quod eñ di
citur·ſ·de edendo·l·qui accuſare·Actore non
ꝓbante reus abſoluatur·locū habet vtroq̄z p̄-
ſente·Secus autē vbi eſt actor abſens·Si vero
actor p̄ns·reus vero ſit abſens neq̄z ſit liquidū
de cauſa ſeruabitur quod·ſ·dixi ante litem ce-
ptam·et ꝓbantur hec·ꝯ·e·l·ꝓperandū·§·i·et·ij·
et in aut·de litig·§·omnem·Vtroq̄z autem p̄ñte
ſatis dici poteſt cauſam poſſe extēdi vſq̄z ad tri
ennium·niſi in caſibus in quibus quandoq̄z·xx·
dies·quandoq̄z duos menſes·q̄n̄q̄z tres·quādoq̄z
quatuor·q̄n̄q̄z annus·quandoq̄z biennium ſerua
uatur·ut·ſ·ut omnes tam ciuiles·l·i·§·ſciāt·et
in autenſ·ut clerici apud ꝓprios·e·ɔue·colſ·vi·
ꝯ·de decur·l·generali·et de edifi·pri·l·vltim·
et·ff·de excuſat·tu·l·quinquaginta·et·ꝯ·de aſ-
ſerſ·tol·l·i·§·ulti·et ad·l·falc·aut·cum teſtator
et·ꝯ·de naufrag·l·pnſ·¶ In ſn̄ia autem diffini-
tiua·regula generalis tradiſ ut victus victori
ɔdemnetur in expenſis·dicit tamen·P·excepti-
onem regule facere ɔtumaciā et iuſtam igno-
rantiam·ſed certe ɔtumacia victoris non indu-
cit ut alter ei ɔdemnetur in expenſis dicitur tñ
ut victor contumax ɔdemnetur in expenſas ſal
tim p̄ñti et parenti iudici·hoc eſt ꝙ dicitur ex-
penſas rei deduci de ɔdemnatōne·ut·ꝯ·e·l·ꝓpe
randum·§·i·et·§·fin autem Iuſta porro ignoran-
tia excuſat aliquem ab expenſis·ut in aut·de iu
dicibus·§·oportet·et·ff·deſ·ij·l·qui ſolidum·§·
etiam·Sunt autem iſta ſeruanda in citatis ſi ſal
tem tempore citatōnis erant de foro vocantis
ut·ff·e·l·ſi quis poſtea·et de iu·om·iu·l·penulſ·
Si vero erat de alterius foro·et hoc ipm ſit iu-
dici et reo certum·non cogitur reus venire nec
videtur latitare·nec fruſtrare actorem·ut·ff·
·e·l·non videtur·et de iu·om·iu·l·extra·Si aūt
dubium eſt·ſit vocatus de foro vocātis uel nō·
venire debet vocatus allegaturus defenſionē
uel priuilegium ſuum·Item in omni iudicio cō
ſtituendo oportet eſſe vnum actorem ⁊ alterū
reū·ſed vbi actio duplex eſt in qua ſcđm ſui na
turā vterq̄z eſt actor et vterq̄z reus ex accidēti
id eſt ex eo ꝙ vnus ꝓuocat et ſuſtinet ille ptes
actoris·uel ſi ſimul ꝓuocant ſorte dirimitur res
ut·ff·e·l·in tribus·¶ In cognitōne autem cau
ſe etiam alia traditur regula ut plena inquiſiti
one fiat diſcuſſio cauſe·ut·ꝯ·e·iudices·Sed in ca-
ſibus ſemiplena uel ſummaria ſit cognitio·id ē
cum impubes ex carboniano edicto·uel mulier
noīe ventris petunt ſe mitti in poſ·uel cum reo
abſente actor petit in reali uel pſonoli actōe ut
in poſſeſſionem mittatur·uel cū queritur an in-
terſit actoris rem ei exhiberi·uel quando petit
legatarius ſibi ſatiſdare ꝓ legato·et queritur
an ſit relictum legatum·uel cū filius petit a pa
tre alimenta·Et queritur an ſit filius uel cū ca-
piūtur ex cauſa iudicati pignora et queritur an
ea ſine ɔdemnati·ut·ff·de carbo·e·l·iij·§·cau-
ſe·et de ventre in poſ·mit·l·i·§·ſi ea·et·ꝯ·vbi in
rem ac·l·pnſ·et de bonis auc·in poſ·aut·et qui
ſurat·et·ff·ut in poſſ·l·ſi is a q̄·et ad exi·l·ij·§·
ſciendum·et de li·agno·l·ſi ali·§·ſi uel parēs·et
de re iu·l·a diuo·§·ſi ſi·p·¶ Fit ergo inquiſitio
plena per iudicem ſedentem audientem inter-
rogantem citantem interloquentem in queſti-
onibus emergentibus ut dicemus·ꝯ·de ordi·iu-
diciorum·indulgentem ſpaciū menſis cum vna par
tium ſe adhuc dicat habere quod ꝓponat·uel
ſi hoc non fecerit indulgetur et alius menſis et
iterum alius menſis·ut·ꝯ·e·autenſ·iubemus·et ē
ſimlie·ſ·ſi ut ſe heredi·abſti·aut·ſi creditores·
et·ꝯ·quorum et quando iudex·aut·qui ſemel·nec
ei p̄ñti et petenti puto dari illas tres dilatōnes
ſed forte primam ad maliciam eius ſuperandā
alie conceduntur·Preſentia quoq̄z euangeliorum
debet eſſe apud iudicem a principio cauſe vſq̄z
ad finem·Item iurare debet in principio regi-
minis·ꝙ ſcđm leges ſcriptas et non ſcriptas id
eſt ɔſuetudines ꝓut ſibi melius videbiſ in iudi-
cijs ꝓcedet·ut in autenſ·de defenſ·§·interim·
et·e·iuſiurandum qđ p̄ſtatur·§·et equus·et de
iudicibus·§·omnibus autem·Si vero iuſticia uel e
quitas videātur diſcedere·id eſt iure ſtricto po
tius ſeruabis equitatem q̄ ius ſtrictum·ut·ꝯ·e·
·l·placuit·et poteſt id ꝓbari in pluribus exem-
plis·ut·ff·de relig·at ſi quis·§·idem·labeo ait
ſi ꝓhibente·et·l·ſunt pſone·et de reſti·l·penul·
et de verbo·obl·l·ſi ſeruum·§·ſequitur·Idem
aſſignari poteſt in exceptōnibus cuiuſlibet re-
gule·¶ Omnis eñ exceptio uel accuſatio ſua ni
titur equitate et cōtra regulam eſt·que eſt ius
ſtrictum et ɔmune·ut·ff·de vocanſ·mu·l·i·et de
re iud·l·i·loquor autem de equitate uel iuſticia
ſcripta non de ea quam quis ex corde ſuo inueni
at·Soli enim principi licet equitatem inueſtiga
re·ut·ſ·de le·ɔ·l·i·non obſtat qđ alias dicitur

quod legib9 omiſſum eſt non omittetur religi-
one iudicantis ut · ff · de teſtibus queſitum · quia
illud locum habet in his qui non potuerunt · l ·
terminari · et ideo · l · arbitrio iudicantis ea pmi
ſit · ut · ff · de teſti · l · neq3 · et de vſur mora · ¶ Sic
ergo pducitur iudicium ad finem p iudicem or
dinarium uel delegatum niſi iudicium fuerit ſo
lutum quod fit ex quibuſdam cauſis · ut · ff · e · l · ſi
a me · et · l · iulianus ait · et · l · iudiciū ſoluitur · vel
niſi iudex delegatus ante litem incohoatā poſt
libelli oblatōnem infra · xx · dies p libellum fue-
rit recuſatus · q licet alicui hoc ipo q putat iu-
dicem ſibi ſuſpectum nec eſt neceſſe pbare cau-
ſam ſuſpitōnis · licet quidam dicant cōtrariū ut
notaui · ī · e · l · antepnſ · ut tamen alius infra tridu
um eligatur p partes uel eis diſcedantib9 ſuc-
cedit arbitriū magiſtratus loci in arbitrio eli-
gendo · Et ille electus reputatus p delegato ·
ut · ī · e · l · antepnſ · et ulť · ordinarius autē iudex
recuſari nō poteſt · ſed peti poteſt ut aſſocietur
ei archiepiſcopus · ut · ī · auť · ut differē · iu · §· ſi ve
ro · ¶ Eſt autem effectus iudicij in pricī · quia p
litis cōteſtatōnem fit nouacio neceſſaria et ea
facit meliorem ɔditōnem actoris non deteriorē
Secus in volūtaria nouatōne · ut · ī · e · l · i · et · ff · de
nouať · l · aliā · et ut notaui in diſtinctōne de mo
ra in medio autem ɔfeſſiones uel teſtificatōes
recepte valent etiam apud alium iudicem ſi in-
ter eaſdem partes et in eadē cauſa ut infra de
fide inſtru · l · ulti · In fine autem eſt effectus ut
detur ex ſnīa actio in factū · uel de re iudi · et fi-
at executio niſi fuerit appellatum · ut · ī · de reb9
cre · actori · Et ut dicemus · ī · de re iudicata · et de
executōne rei iudicate ·

## ¶ De ſportulis ⁊ ſumptibus et diuerſis iudicijs faciendis et etiam executoribus litium

